UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Responsiones

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

Reſponſiones.

¶ Loci Biblici.

ſponſiones variæ duræ, *Iudic.* 8. 7. 2. *Reg.* 9. 22. 2. *Paralip.* 10. 13. ...micæ, *Iudic.* 6. 31. *Dan.* 3. 16.

...ſpondere, Hebraica phraſi, is etiam dicitur, qui non eſt rogatus ... *Matth.* 17. 4. & eſt idem quod ſermonem incipere aut ordiri, vt ... *Marc.* 11. 14. hoc ponitur pro ſermonem inchoare, nec ... præſupponit interrogationem. Sic *Matth.* 28. 5. *Luc.* 8. 40. ...ndere dicitur Chriſtus, cum tacitas hominum cogitationes ...pellat.

¶ Sententiae Philosophorum,

...ſponſionem vnam ad duo rogata dare iniquum eſt. *Alexand.* ...d in lib. elenchor.

...ſponſio etſi vera ſit, quæ ſimplex eſt, ad multiplicem interro... nem reprehendi debet. *Boet. in l. de inter. & generat.*

...ſponſio multiplex eſſe debet contra multiplicem interrogati... *Boet. in lib. de inter.*

...ſponſionem quaſi ſententiam ab aduerſario ſubtilitate inter... elicit dialecticus. *Idem de dif. top. l.* 4.

...ſponſio ſecuriſſima ad abſurda euitanda, quod quidquid ma... magnitudine maius, & quidquid minus eſt paruitate minus, ...e omnibus. *Plato in Phædone.*

...ſponſio prompta potius eſſe debet, quam nimis cunctari. *In* ...

¶ Apophthegmata.

...igenes. Percontanti, Quidnam vellet, vt colaphum acciperet? ...m, inquit. Reſponſum ab inexpectato datum. Ille enim quæ... quid mercedis peteret pro colapho. *Laert. lib.* 6. *c.* 2.

...crates de obſcœnis quibuſdam rebus, à quodam percontatus ...cuit: verum cum vrgeretur reſponſum, De talibus, inquit, ...e hominem vanum interrogare decet, me autem reſpondere ...nquam. *Max. ſerm.* 21.

...ſtonicus, iterrogatus, quod nauigiorum genus eſſet tutiſſi... longum, aut contra? reſpondit, Ea quæ ſubducta ſunt. Si... tum demum nauigantes in tuto eſſe, cum nauis in ſic... protracta fuerit. *Athenæus.*

...monax, interrogatus, quidnam ſentiret de conflictu duorum ...alter inepte proponebat, alter abſurde reſpondebat? re... ſibi videri, alterum mulgere hircum, alterum ſupponere ...brum. *Plut. in apoph.*

...*Archidamus.* Quid im cum archidamum intempeſtiuius rogaſ... quot eſſent Spartanorum? Tot, inquit, ſunt ô hoſpes, qui ma... ſufficiant arcere, vt tuti ſint ab omni hoſtium periculo. *Plut. in* ...*ph. & Bruſ. lib.* 3. *c.* 16.

Anonymus. Sciſcitatus ab importuno quodam & loquace viro, ...s eſſet Spartanorum omnium optimus? Qui tibi (reſpondit) ...me ſimilis eſt. *Plut. in apoph. Lacon.*

...*Fatidius* interrogatus, quid ſentiret de eo qui fuerat in adul... deprehenſus? Tardus, inquit, mihi fuiſſe videtur, Ludens ab ...ſtato: ſignificanſque, quod non fugiſſet in tempore. *Eraſ.* ...*apoph.*

...*Mania.* Rex cum Lamiam meretricem parum ſobrie amaret, ...que iam ſenex inconuiuio tibiis ceciniſſet: Demo, quæ & Ma... dicta eſt, interrogata à Demetrio, Quid videretur Lamia? Anus, ...quit. Aliud reſpondens, atque expectabat rex. Nam ille ſciſcita..., quam ſcite videretur canere, *Eraſ. lib.* 6. *apoph. ex Plut.*

...*Appius*, quum in ſenatu ageretur de agris publicis, ac premere... Lucilius ab his qui à pecore eius depaſci publicos agros dice...: Non eſt, inquit, Lucilii pecus illud, erratis. Hactenus defen... videbatur, ſed adiecit: Ego liberum puto, qua lubet paſcitur. ...ſus eſt ab inexpectato. Expectabatur enim, vt probaret hoc pe... non eſſe Lucilii, ſed alterius cuiuſpiam, ac reum ſubleuaret: ...c riſum grauabat. *Eraſ. lib. apoph.*

M. Scipio Maluginenſis, cum ex ſua centuria renunciaret Acci...num conſulem, & præco dixiſſet, dic de L. Manlio: Ego, inquit ...pio, virum bonum, egregiumque ciuem eſſe arbitror. Præco ...pectabat ſuffragium pro Manlio: Scipio reſpondit, quaſi de mo... interrogatus. Neſcio an hic Accidinus, nomine dictus ſit L. ...anlius, quumq; Scipio poſtremum nomen tantum expreſſiſſet, ...æco admonuit, & illa addenda. Hinc Scipio iocandi occaſionem ...ripuit. *Eraſ. Rot. l.* 6. *apoph.*

Fab. Maximus Salinator, cum Tarento amiſſo, arcem tamen ...tinuiſſet, multaq; ex ea præclara feciſſet: cum aliquot poſt an...os Maximus id oppidum cepiſſet, rogaretq; eum Salinator, vt me...miniſſet opera ſua ſe Tarentum recepiſſe: Quid ni, inquit, memi...nerim? Nunquam ego recepiſſem, niſi tu perdidiſſes. *Cic. lib.* 2. *de Oratore, & Plut.*

C. Iulius Helio, Mancipio ſæpius obſtrepenti ſibi, dixit: Etiam ...oſtendam qualis ſis, & inſtanti, vt oſtenderet qualis eſſet. Iulius di...gito demonſtrabat Gallum in Mariano ſcuto Cimbrico depictum, labiis diſtortum, eiecta lingua, buccis fluentibus, cui mancipium ...um ſimile eſt viſum. Taberna autem erat apud forum, ac ſcutum illud ſigni gratia poſitum: Ingens omnium riſus conſecutus eſt, expectarant enim, vt aliquid in mores illius obiiceret. *Eraſ. l.* 6. *apo.*

Domitius Afer in quendam patronum imperitum, ſed ſplendido veſtitu ſe venditantem, litigatoribus lepide dixit: Homo in agendis cauſis bene veſtitus. Luſit ab inexpectato. Nam auditor pro veſtitus expectabat inſtructus, aut exercitatus. *ibid.*

Craſſus. Quum Silius teſtis læſiſſet Piſonem eum, cui Craſſus aderat prolato crimine, quod ſe in eum dictum audiſſe dicebat: Poteſt fieri, inquit Craſſus, vt is vnde te audire dicis, iratus dixerit. Annuit Silius: Poteſt etiam, inquit, fieri, vt tu non recte intellexeris. Quum id quoque toto capite annuiſſet Silius, vt ſe Craſſo daret, ſubiecit Craſſus. Poteſt etiam fieri, vt omnino quod audiſſe dicis, nunquam audieris. Hoc adeo præter expectationem, vt Silium teſtem omnium riſus obrueret. *Eraſ. Rot. lib.* 6. *apoph.*

Cicero. cum teſtis Sexti Annalis reum legiſſet: & inſtaret identidem accuſator Rei, Dic Marce Tulli, ſi quid potes de Sexto Annali: protinus recitare cœpit verſus ex ſexto Ennii annalium libro:

Qui potes ingentis cauſas euoluere belli, &c.

Scripſit enim, Ennius annales: & accuſator vocabatur Sextus Annalis. *Eraſ. Rot. lib.* 4. *apoph.*

Ceſellius, Conſultori dicenti, Nauim diuidere volo: Perdes inquit. Ille de pretio nauis Mercibuſque conſulebat, hic aliud reſpondit. Nam ipſam diuidere nauim, eſt nauim perdere. Macrobius ita refert. Si diuidis, nec tu nec ſocius habebitis. Erat autem duorum negotiatorum communis nauis, *Eraſ.*

Apollonius. Nero cum in Gymnicis decertaſſet, rogatus à Tigillino Apollonius, Quid de Nerone ſentiret? Melius, inquit, ſentio quam vos, Cantare enim vos illum dignum putatis, ego autem tacere. *Bruſ. lib.* 3. *cap.* 13.

¶ Similitudo.

Plutarchi. Vt pauperiores aliquando donant munuſcula ditioribus, quo plus recipiant: Sic indoctiores prouocamus nonnullos, vt eruditiora viciſſim illi reſpondeant. *in Mor.*

Reſpublica,

¶ Definitio et Etymolog.

Reſpublica, Græce πολίτεια, ας, ἡ, & πολιτεύομαι, rempublicam gero dicitur. Eſt autem reſpublica paucorum poteſtas, in qua cenſus magiſtratus declaratur. *ſecund. Ariſtot. lib.* 1. *Rhetoric.*

Reſpublica eſt inſtitutio ciuitatis, circa magiſtratus honoreſque publicos, quemadmodum debeant conſiſtere, & in quos poteſtas authoritaſque ſumma debeant conſiſtere, & qui ſit finis cuiuſque ſocietatis. *ſecund. Ariſt. lib.* 4. *Rhetor.*

Reſpublica eſt res populi. *ſecund. Aug. l.* 1 *de Ciu. Dei.*

Reſpublica eſt quoddam corpus compaginatum membris, quod diuini muneris beneficio animatur, & ſummæ æquitatis agitur nutu, & regitur quodam lumine rationis, *ſecundum Plut. inſt. Traiani.*

¶ Loci Biblici.

Reſpublica, iuſtis regnantibus, floret, *Prou.* 28. 12. & 29. 2.
Reipublicæ deſtructionis vera effigies. *Eſa.* 3. *v.* 2. 3.

¶ Poeticæ Sententiæ.

Plaut. Perſ. 5.

Quid id quod vidiſti, vt munitum muro tibi viſu'ſt oppidũ?
P. Si incolæ bene ſunt morati pulcre munitum arbitror,
Perfidia, & peculatus ex vrbe, & auaritia ſi exulant,
Quarta inuidia, quinta ambitio, ſexta obtrectatio,
Septimum periurium. T. Euge. P. octaua indiligentia,
Nona iniuria, decimum, quod peſſimum aggreſſu, ſcelus.
Hæc niſi inde aberunt, centuplex murus rebus ſeruandis
parum eſt.

Plaut. Trin.

Nihil eſt profecto ſtultius, neq; ſtolidius,
Neq; mendaciloquius, neq; argutum magis,
Neq; confidentiloquius, neq; periurius,
Quam vrbani aſſidui ciues, quos ſcurras vocant &c.
Qui omnia ſe ſimulant ſcire, nec quicquam ſciunt.
Quod quiſque in animo habet, aut habiturus eſt, ſciunt.
Id quod in aurem rex reginæ dixerit,
Sciunt, quod Iuno fabulata eſt cum Ioue,
Quæ neque futura, neque facta ſunt, tamen ij ſciunt.
Falſon' an vere laudent, culpent, quem velint,
Non flocci faciunt, dum illud quod lubeat, ſciant.

¶ Sententiae Philosophicae.

Nec domus, nec reſp. ſtare poteſt, ſi in ea nec recte factis præmia extent vlla, nec ſupplicia peccatis. *Cic.* 3. *de Nat. Deo.*